

Cathisma XVII. ob prolixitatem Psalmi Beati in  
maculati, uno tantum in Psalmo completur, quem etiam  
in tria truncata & hymno jam dicto, Gloria Patri,  
dividunt. Divisiones cathisimatium sabbatidis di-  
cunt, Stationes nempe: stantes enim recitant,  
vel quod lectionem firmantes stent & quasi respiciunt.  
Idem vero Cathisma vocata conestit Bagamon,  
quod Sacerdotum Concilii decreto Canon. 17. in unum  
Psalmum, interjecto spatium lectio fieret, ne dum Psalmi  
uno contextu legerentur, laboris pertasi homines, qui  
in Ecclesiam convenissent, neglectis officiis ad alia animi  
adverterent. — Illud hic quoque obiter animadverten-  
dum est, Cathismata ista Psalmorum diversa esse,  
licet nomen non confundat, à tropicis, quae Psalmi non  
sunt, & Cathismata pro materiae diversitate, nunc  
ἀνακρίβινον, nunc ἀνορθόβινον τε, maculantur.

Quemadmodum igitur ex hoc Psalmorum nomine qui-  
dam auctori in peculiarem usum conversi nomen sibi di-  
versum vindicaverunt, typica dicta, ut supra notabimus, ita  
et alij ad alios atque alios usus in officiis Ecclesiasticis velut  
aliud atque aliud nomen induerunt, quae quaeque pretium  
fuerit, quia non ita obvia sunt, enumerare, usum  
quantum fieri potest, promitte. Primus itaque est  
qui ab insolvendis officiis nomen sibi Proceum habuit,